TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0756

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

756
757

Francischini Antonii

De Carnica Regione Illustratio

756

Francescanis

Dalla Biblioteca Capitolare

dal volume che ha per titolo =

Colloquia et Generalia de Provincia

Forojulienci

Trascritto per mano del
Prof. Ab. Bianchi.

Ego Ioannes Baptista Marchebanus Patriç Fori Julii Cancellarius Requisitus perquisivi in scripturis publicis historiam, quam ferunt, de ipsius Patriç illustratione composuisse olim Præstantem virum Antonium Franciscinum Clemonensem tunc ejusdem Patriç Cancellarium et quæ mihi a nonnullis, penes quos illa extat ostensa fuit, invenique in libro uno binas epistolas, quas Author ad binos amicos scribit in hac materia, et unam qua alter amicorum sibi respondit; in altero inveni capitula ipsius historiç, quæ omnia hic inferius de verbo ad verbum fideliter describe. Inveni insuper alteram ejusdem Authoris historiam de Turcarum in Patriam incursione, et depopulatione anni 1477. et la- quæ in aliis suis scripturis pluribus memoriam habet in ipsius illustrationis Patriç: et fuit idem Antonius Cancellarius Patriç ab anno 1493 usque ad annum 1506.

Utini die primo Maii 1560.

Tenor epistolarum

Antonius Franciscinus Clemonensis Ioanni Baptistæ Uranio Professori literatissimo salutem.

efflagitasti, ut quam Illustrationem superioribus diebus Patriç in scripta redegeram ad te mitterem; quod ideo volentissime feci, quia nolui per indulgentiam ingenii mei suo vero judicio defraudari, sed aliorum præsertim Docissimorum castigationi subiicere ut si quando in medium sit efferenda, possit castigata Soncerius placuerit, pervagare; verita est interdum malignos, quos nihili pendebit, si aliquando

per benignos et eminentissimos in melioremm lme optimam frugem fuerit redacta; videbis igitur, et si quid offendes, quod vel jure vel maligna injuria fuerit castigandum, non pareas, tuam doctrinam impendisse, quia non gravabor castigatione; accedat ad beneficium si Senatori Tuo viro aprime doctissimo ostendevis quamquam pudet ejus consummatissimam doctrinam temerasse, post compilationem venerunt etiam mihi in mentem nonnulla ad eandem materiam pertinentia. Non dissimulavi illa aliis adjungere, quæ sunt satis capitibus distincta in fine operis et censui illa inserenda inter secundum ac tertium a fine caput. vale. et si hæc non sordescant apud te erunt etiam alia, quæ tuæ comitabuntur doctrinæ: Annales scilicet Rerum memorabilium quæ nostra tempestate occurrerunt.

Antonius Franciscinus Flamoniensis Paulo Sanctonino scribæ Patriarchali Amicorum optimo salutem.

Scis quemadmodum deditus fui ad colligenda et scribenda quæcunque occurrerunt ad laudem et beneficium hujus Patriæ Regionis facientia, et inter cætera succurrerunt capita de Pontificali Dignitate, de Amplitudine Ditionis Patriarchalis, de libro evangeliorum scripto manu Marci evangelistæ, quæ posui ut videbis; ea excerpsi ex quodam opusculo R^di Patris Jacobi Mariani Becani utinensis viri aprime literati, sed placuit etiam ex te, qui hoc jam optime cales, informari, utrumnam scilicet, quæ hic scripta sunt veritati nitantur; quod si secus offendes, precor non dedigneris opem Tuo Antonio impartitum ire in delendo, mutando, addendo, vel alias prout opus fuerit castigando ut opus exeat absolutum. vale.

Paulus Sanctorinus Antonio Franciscino
Stemonensi salutem et felicitatem.

Legi accurate (ut par fuit) Tua scripta quæ ad me proxume deferenda ussisti (superem profecto tanti essa judicii quanti pro tua humanitate me facis ut ea in re rectum possiem dare sententiam et desiderio tuo honestissimo facere satis, sed profecto id etiam supervacaneum ducerem, cum in eo historiæ genere Viri litteratissimi domini Jacobi Ecclesiæ utinensis Prælati, qui in perquirendis ejusmodi sacrahissimæ Aquileyensis Ædis dignitate et amplitudine ab incunabulis, ut ita dixerim, invigilavit testimonio et auctoritate usus fuerit. Te igitur hortor ut ipsius contentus judicio cui contraire nec volo nec jure possum, quod reliquum est cepti operis pro communi Forojulientium ornamento et voluptate ad calcem usque prosequi ocius non postponas. Vale.

Antonii Franciscini Clemonensis de Carnica

Regione Illustratio et in eam prefatio

Factum. ne sit per incuriam, ignauiam ac insciciam, quod Carnorum Regio litterarum monumentis per pris cos minus fuerit illustrata, aliorum sit judicium, tamen hoc maxime constat, quod facta collatione ad Italię partes potest si non omnes vel cum singulis equa lance admitti vel ~~etiam~~ item singulas tam situ loci quam multis ad ipsam accedentibus (pace aliorum dixerim) superare. Quare mecum interdum reputaui quę ad ipsius commendationem adduci possunt (quotacunque pars Carnorum in litteris profecerim) non placuit amplius quantum in me est illam silentio prętexere, et si uires meę non sufficient prębebunt tamen uel presentibus, uel posteris doctioribus principium materię minus rude, et rem si non digestam, at qualitercunque quodammodo ruminatam. Sed uereor ne hęc propositio malignos mihi excitet lectores, quippe qui existimabunt me hanc regionem ita extollere uoluisse, ut alias eam deprimam. Quibus responsum uelim, me eatenus non fecisse, sed uoluisse meam patriam, cui pene omnia ac ipsam uitam debeo suis bonis et laudibus pro mea uiribili parte fraudare. Sine fateor multa esse loca et in Italia et alibi quę suis peculiaribus proventibus dedignentur cedere loco deli

ciarum, adeo ibi sunt quaedam uberrima et electissima; sed tamen eadem erunt admodum singularia, si enim gaudebunt ubertate pariis, vini, olei, carnium, tum eadem loca desiderabunt non proventum aliquem ex elementis, sed ipsa quidem elementa, ut est aeris salubritatem, aquarum bonitatem, vel ignis, hoc est lignorum commoditate pro fruendis ipsis beneficiis, vel etiam ea quae sunt accessoria, ut recuperatione pecuniarum ex proventuum superabundantia, pastuum bitora cum benignis ventorum afflatibus, metallorum fertilitatem; celebritatem peregrinorum, commoditatem mercimoniarum et si quae sunt, quae aliquid conferant regioni. Quare si citra malignitatem quis non ignarus regionum voluerit intueri cognoscet me non facilore no mea Patria laborasse, sed minus sufficienter quod quid nunc occurrit ad ejus beneficium posteris demandasse; et quoniam haec in Italia continentur, placuit primum de ipsius Italiae partibus significare.

De laudibus Italiae

Quantis laudibus Italia extollatur, qui id quaerunt, habent large apud quos legant. cum plurimi illam insignierint, et Plinius in 3. Naturalis historiae sic referat. Haec est Italia Diis sacra, haec gentes ejus, haec oppida populorum, super haec Italia, quae L. Aemilio Paulo C. Atilio Regulo Coss. nunciato Gallico tumultu solo sine externis ullis auxiliis atque etiam tunc sine transpadanis equitum octoginta millia peditum septingenta armavit metallorum omnium fertilitate nullis cedat terris, sed interdictum id vetere consulto patrum Italiae parci jubentium et iterum in fine operis. Ergo in toto

orbe et in quacunque oris conversatus vergit pulcher
rima est montium reliqui[illegible] maxime principatum naturæ
obtinens Italia rectrix quæque mundi altera, viros
feminis, boves, milites, servitia, artium præstantia,
togatorum claritatibus, iam situ ac salubritate cæli at-
que afflatu etenim contingit recurrenti positio in par-
tem utilissimam inter ortus occasusque mediam aquarum
copia, nemorum salubritate, montium articulo, ferarum
animalium innocentia soli fertilitate pabuli ubertate quic-
quid est, quo carere vita non debeat, nusquam est
præstantius, frugum, vinum, olea, vellera, lina uberi-
ora, equos quidem in trigariis præferri ullis
vernaculis animadverto; metallis duri argenti, æris fer-
vi, quandiu libuit exercere nullis cessit, et his nunc
in se gravida pro omni dote varios succos frugum
nemorumque saporis fundit.

De situ Regionis

Sed Carnorum regio in decima Italiæ parte ab
eodem posita sic est constituta, ut ab oriente et Aqui-
lone Alpibus innixa in mare Adriaticum ad meridiem
vergat et aliquantum planitiei ad occidentem. Cui situs
quantum conferat excolentibus, illi, qui de situ orbis
aliquid conscripserunt maxime declaravunt, qui judi-
cavernunt illam esse optime sitam, quæ ad dextram
exposita a tergo montibus vallatur et muniatur sunt
præterea portus cum benignis ventorum afflatibus,
et viæ frequentissimæ ita ut conventu hominum et
mercium sic celebretur ut parem situm non
inveniat in Italia. habet alpinas gentes quæ a

solis ortum adjacent, Japidibus et Noricis, et a septentrione Germanis fere usque in occidentem.

De ambitu regionis

Ambire potest circiter ducenta, et quadraginta millia passuum, sic ex ejus diametro colligitur, quoniam admodum circularis est; si enim diametraliter in quancunque fere partem partiatur, et lineæ ab extremis recessibus ducantur, octogenta milliariis terminabuntur; quibus triplicatis circulatio predictæ mensuræ fere effingetur.

Divisio Regionis

Divisa est in agrum Aquileiensem et Concordiensem flumine Tiliaventi, quod ab Aquilone in Austrum defluens ad oppidum Latisianum facit Concordiensem ad occasum spectare.

De munimento situs

Natura locorum sic munita regio videtur; ut Alpes tanquam vallum a tergo habeat, a fronte autem Adriaticum, et paludum exundationem et si qua sunt loca per quæ possit haberi transitus in Patriam, illa sunt vel naturæ angustiis vel structuris munitissima.

De oppidis et incolis agri Aquileiensis.

Habet etiam oppida, quorum incolæ a mari per radices montium Montalconitani, Vipulsani, Sorviani, Gradiscani, nuper quidem Gradisca obstaculum Barbarorum extructa, juxta quam vicus medea quo nomine satis est argumentum persecutores Colchidis ad has regiones propie Aqui-

lejam venisse, tum Cormonenses, Trussienses, Sacenses vino optimo maxime celebrati, Ciordatenses a Ciordato ab Austria Regina (ut dicitur) dato, sequuntur Tuscani, Cirenenses Athemphani, nec non etiam Tyrrenentini a triplici murorum cinctura, Pramppergenses, Flemonenses a Fluminia fonte perenni et limpidissimo, Vinonenses, Talmenini quasi Tumedini in medio montium siti, maximus Alpinarum conventus, Osopienses, Sandonelienses, Ragonenses Paulum infra in collibus et ab eis Colloretani, Pyrotę a Pyris, Malotę a Malis, a filiis Coliacenses, item Miraculandum parvis murorum anfe tantam extructionem primordiis Brachiaci a Brachiorum ministerio, fontibus a copia bonorum fontium Vallattenses ab exaltatione urbis in altum structę, Fagianenses, Capriaci, Tritanenses ab insigni trium canum. Sunt et ad planitiem contra Hunnienses (ut fertur) ab Hunnis nunc vero Utinenses omnium populosissimi ubi in provocationibus juridicis est totius regionis conventus. Quadruvienses, Varmenses corrupto vocabulo a Varmo fluvio a Plinio memorato, Madrisiani, Belgradenses, Fattiani a fatibus ibidem abundantibus. Sunt et Stirpenses ab stirpibus navalibus ab ipsis locis ad capturam reductis, Tumbrienses, Mariani a pavibus mutianis (sic creditur) nominatis, Castellani peculiari nomine regulorum

Patriæ insignibus, stratasolidæ extra solidum positis, cum propter scaturigines in aliis locis passim. excrescentes solum possit non solidum appellari, et demum Aquilaienses in ipso Aquileiensi magno in eodem interiere, et multorum vestigia cum nominibus adhuc sunt Lucinisium, Brunspergum, Mansanum, Budrium, Zuccola Pellegalbium, Castellutum, Perristannum, Triccesimum, Arthenea, Buga, Suaranum Tiberiacum, fuerunt etiam Castellum Raymundum, Cassatum, Castrum Paganum, Castellerium.

De oppidis agri Concordiensis.

In Concordiensi vero sub ipsis Alpium radicibus sunt Fladonea, Pinsanum, Castrum novum, Solimbergum, Toppum, Fanna, manianum, monregale quod fere interiit sed vico adhuc nominatur, Arianum, quasi extra viam situm, Polcenicum, ripa, Fam ad planitiem Sacellum locus pulcherrimus famque sacer, Portusnaonis, Purilitæ a liliorum insigni, Brugneria, Turris, Zoppola, Cossanum, Brunavacca, Predolonum, Frattina, Serravallum, Panigalia, Portus Suavi. Sequitur etiam Fratta, Cordevatum, Sextus, San. Vitus, Valvesonum, Spilimbergum, et ad agrum Tauristanum Meta, Meduna, Portus Bustalatus, seu nunc patus. Interiere, Concordia oppidum olim satis clarum, nunc autem vicus tenuis, Suandus, Ratta, Cavolanum, Topalicum Beraulinum relicta appellatione suis vicis et vicæ quorum memoria extat.

De jugis et eorum incolis

Extenduntur juga a mari versus septentrionem et ab eo ad occidentem larga crassitudine: viæ quibus est accessus ad transalpinos sunt angustæ, sed angustissimæ, quæ a Cividale Norices, quas notiori nomine Charanthanos appellaverim, frequentissima, quæ a Glemona ad Germaniam superiorem gemino itinere per Clusiam etc et Tulmetium largissima quæ de Sevitia ad Pajddiam sive Pitro sunt conterminæ et hæc sæpius fuit Barbarorum incursus. Incolæ Alpium in hoc tractu occupant altra quadringentos vicos, fuerunt etiam Castella, sed plurima interciderunt, sicuti est Turrenum, Invellinum, Cronta, Cunctum Turnum; extant quæ sunt super ipsis otiorum angustiis, ut est ad Charantanos Tulmainam ad Germanos, Abbatia Rosacensis et Clusiæ. Ad angulum Tulmetii cultum a Tulmetio per convalles montium protenditur regio Alpinorum, quæ Carnia nuncupatur. In his ad occasum sunt Cadubrini, ubi est castellum plebis frequentissimum, et Boetitanorum municipium, situ loci in altum edito, juxta quod est vallis Ampliana a vico Ampelii, qui propter convocatum Evangelium venatorum in expeditione Germanica, quæ sequentibus diebus facta est, maxime illustrabitur, juxta hos jungitur Camellici inter Carnos et Germanos.

De primordiis gentis

Non est alienum dicere de primordiis gentis honestissimis sed marcus Antonius Sabellicus illa collegit et eleganter exposuit ab eo sumatur argumentum, si valebit; et mirer cur hanc partem quam nunc per

uvrimus intactam reliquerit, nisi maluerit, ut quam in suo opere tu obscuro reliquit, hac occasione aliquam tuluni lucescat. Sed non fuit ab re cognita locorum conditione facere descriptionem quippe qui fuerim annos circiter viginti Italiam peregratus et nunc urgente etate ad proprios lares remeaverim et scriba totius regionis declaratus plurimos annos in eo munere cum gratia versatus fuerim.

De fluminibus

Hoc Alpibus a Seritia montium strage per Turicas apud ipsum nostra tempestate illata insignis; a civitate Varisio, a Tervisio Turrius, qui septimo lapide, a Tulmetio Tulmentum qui mantum vadantibus tollat, ab aliis dictus Tiliaventus, a methuno fluvius Methuna, a montevegli Celina, in ove cujus ad radices Alpium declauditur cluses cum hac inscriptione,

Captiva hoc trahitur
Celina cornu
et fessa in fluvium
cadit Naonem
Fomenta venetis datura
flammis

Augusto Fabricio Gradenico M.XIIIID.

Demum a Potentia Liquentia aliquando dicta, defluunt suis in mare nominibus, preter Natissenem et Turrum qui augent aquas Sontii, et Celinam et metunam in Liquentiam influentes. Scaturiunt etiam fluenta quedam patientia navigantibus haud procul ab ipsis portubus, quibus preter ceteras Italie partes abundat quantum amplitudo regionis expostulat.

De Portubus

Sunt enim portus Monfalconi per viginti millia passuum distans a Tergesto, ab hoc Aquileia, Novaevus Carlins, Marianus, Mutiana, Pallaciolum, Latticiana, Portusgruarius, Portus Buffaletus, Mota, Metuna; Ad Liquentiam fluvium Portus Naonis; sunt et alia multa ova in Adriaticum pervigentia minus tamen nota, et frequentata, quæ omnia loca non mediocrem afferunt occasionem commodi in asportandis et adducendis rebus Carniæ regioni: et hæc portuum commoditas fecit, ut suburbium Venetiarum possit hæc regio appellari, ubi est emporium celebratissimum Europæ totius partis Orbis.

De nominibus gentis

Gentes Italiæ, quæ maxime sunt ad septentrionem obtinent nomen regionis, ita ut appellatione Carnorum pro dumtaxat veniant nam sedent Forojulienses, nunc Cenetenses, et in ea (ab vulgo fertur) Forum fuit Julii Cæsaris, solet etiam passim Patria appellari; et quæ reperiuntur, necesse amplectari conjecturari a Patriarchis, qui olim regioni imperitarunt.

De nominibus Oppidorum et Vicorum ex nominibus Romanorum.

Faciunt etiam gratiam regioni, nomina Oppidorum et Vicorum quæ redolent nomina Romanorum et eorum qui fuerunt Principes et Primates, ex quo satis conjectandum est Romanos, cum rerum potirentur, recessu hoc delectatos ad perpetuam memoriam sua nomina reliquisse; quid enim aliud est nisi ab Antonio Antonianus, a Claudio Claudianus a multis, Flavio Terentio, Valerio, Fabio, multianus Flavianus, Terentianus, Valerianus, Fabianus; a Rufulis Rufulanus, a

Tribunis Tribunianus, a Julio Julium a Tiberio Tiberiacum, a mario marianum. Sunt adhuc plurima non minus indicium faciendo, quæ quis voluerit intueri, pluribus a se ipso inquirat quam a mea continuata oratione fastidio officiatur.

De proventibus ex terra

Ex terra ipsius regionis percipiuntur, quæ ad victum pertinent et ad voluptatem. Nonne frumenta Carniæ regionis pecunias omnibus Italiæ partibus si non ubertate ac saltem bonitate comparavit? Quid vina tot specierum nonne et varietate, et ubertate ac bonitate antecedunt? Quid ceteri fructus quos terræ ad orientem spectantes producunt? Possunt et hi quidem tum copia tum suavitate cum aliis decertare. De pabulis, pro animalibus ad carnem quot et qualia fuerint etiam pecudes, quæ ex agro Taurisano, Feltrino et aliis locis ad hæc singulis annis veniunt, possunt esse indicio, unde percipiuntur Canes, quos Belgomanices tam longinqui expetunt; tantus est earum proventus ut exuperent in maxima copia, quæ faciunt pro cultu regionis, sed præbet etiam situs ipse amenitatem collium et planitiei referentium multiplici genere varietatem et succedentium in tanta abundantia ut tota Patria possit tanquam claustrum appellari, singulis propemodum diebus non deest vel gula vel voluptas intenta his animi remissionibus, et tamen sapientia ipsam gulam et voluptatem.

De proventibus ex aqua

Potest etiam aquarum elementum gloriari quippe quod ita se præbeat ut et utilitatem, et amenitatem indulgentissime exhibeat, non invidet locis abundantibus cin-

namo et croco desiderantibus aquam ad comprimendam sitim; cum hæc passim habeat fontes limpidissimos, sed quæ est ea pars Italiæ, cui hæc in scaturationibus fontium possit cedere? et his admodum ad sanitatem conferentium? Agua præstat etiam portus ab oriente ad meridiem in occidentem, et facit ut distantia octoginta millium passuum a venetiis parva habeatur. Præbet etiam piscium ubertatem et ejus generis, sicut est quem Patriani vulgo simulum vocant, ut ægrotis per medicos non negetur. sunt etiam balnea salutifera apud montalconum super vivis aquarum tot ædificia tum ad priscendi frumenda tum ad variam ferrariæ artem exercendam, ut hæc possit alia Italiæ loca superare vel eum eorum fœcundotate comparari.

De clementia aeris

Accedit etiam clementia aeris saluberrimi non gravati consallium et paludum deæxitate, neque aquarum stagnantium suspiratione; quare tota regio potest tanquam locus totius Italiæ ad secessum constitutus existimari. Quid enim aliud magis efficit, ut in Patria nascentia quæ ad esum pertinent sint electissima, nisi aeris benignitas? et si terra aliquas partes sibi vendicat nisi clementia aeris interesseret, frustra est; sunt etiam rarissimæ febres et morbi potius quos intemperantia gulæ adnexerit, quam per malignitatem aeris illati.

De elemento ignis

Quid dicemus de elemento ignis? profecto hoc ausim dicere, atque etiam verissime affirmare non esse in Italia regionem Carnis in hac parte præferendam

nec cum eis, qe volui dicere, conferendam. cum omnes abundantia lignorum superet, sibi sufficiens est, et etiam prestat. civitati Venetiarum; at hoc quidem elementum quod est multis in caritate, miss aliis exhiberetur, utilissima apud carnos pretio esset.

De lignis ad structuras

Prestat etiam materiam lignearn abundantissime ad structuras et sibi et aliis regionibus testes sum magnificum Navale Venetiarum et alia loca ad que trabes et tabule exportantur ita ut post provenium maximum vini nascio an alius magis inferat pecunias in carnis, sicut ex materia lignea sunt etiam nec non plurima referentissima preatlis et procerissimis arboribus.

De climate ejus

Non potest invidere vegio Carnorum cuicunque alie Italie parti cum solis ardoribus non exestuet nec iterum frigoribus torreat frigoribus quod licet vicine maxime in his que terre producit, non enim nimio calore vel frigore siderantur sed ex benignitate climatis egli proveventur et extollantur.

De frequentia itineris per Patriam

Sed preter egli indulgentiam habet ex situ loci quandam peculiarem frequentationem omnibus Italie partibus anteponendam, cum sit tanquam porta omnium gentium mediterraneorum; si enim faciendus est transitus populorum transalpinorum conferentium se Romam ex causa Religionis, vel Venetias ex causa mercium, nulla via est frequentatior ubi peregrini habent optimam conditionem sui itineris perficiendi at terra et mari ad quamcunque Italie partem maluerint.

De commoditate ad mercimonia

locus etiam ipsius situs praestat ut non sit aliqua Patria quae sic commode positi mercaturam exerceat, tum quando est apud emporium secretarium, tum quando comeantes pro mercimoniis sunt necessario per regionem Carnicum transituri; quae res praebet maximam mercatoribus regionis commoditatem, hinc enim omnes fere merces, quas ex oriente, meridie et occasu Venetii mercatores ad suum emporium comportarunt in Germaniam Pannoniam, et alias regiones plagasque boreales difunduntur.

De suppetentia pecuniarum.

ex praemissis duabus causis accedentibus etiam proventibus vini, frumenti, lanae et industriae gentis, provenit ut nulla sit pars in Italia ubi quidem non sit impensi principatus cum magis suppetant pecuniae, sicut est Patria; conferamus enim abundantissimam omnium regionem Campatriae, tamen si aestimentur quae per Carnos singulis annis pro eorum victu emuntur, et quae pretio hunc maxime cognoscatur quanta pecunia supervare potest ceteras partes, quibus etiam Venetiis et Appulis fertilissimis vix aliquando suppetunt pecuniae ut vicinalibus molendorum frumentorum, nedum si esset emendus victus sicut Carnis.

De ingeniis hominum

Ingenia hominum quantum ex multis conjecturare potest si excolerentur essent acutissima ad omnia paratissima quod cognoscitur in illis quae in Urbibus habitaverunt et apud aliquos Principes contulerunt qui propter ingenium versatile gratiam non infimam obtinuerunt, sed nescio quae sua peculiaris mala contenti suis rebus sunt, non existente aliqua exercitationis aemulatione in Patria torpent et vilescunt ita ut si hactenus qui potuerunt excellentia

ingenii nominari fuerint in obscuro, arbitror huic potissimum causæ ascribi posse; sed interdum mutantur tempora, et spero me in eam ætatem incidisse, quæ proventu virorum præstantissimo Ingenii poterit gloriari, volui potius in hiis solere quam modum operis extendendo parum dicere sæpe enim suis operibus abunde clarescunt.

De beneficio linguæ

Placuit etiam ad gestorum gloriam Carnorum apponere beneficium linguæ quæ utuntur ita accomodate omnibus Italiæ regionibus ut de facili alias percipiat, et si voluerit assequatur, et contra esse ita asperæ prolationis ut aliæ nigenæ quamvis Italiæ multos annos contriverint locutionem carnicam intellexerint et totas vitæ annos pene consumpserint, quam propriæ protulerint. Habet enim nescio quandam linguarum commixtionem, ut si quis illam recte intuitus sit, cognoscet ad ejus compositionem non solum Italica fundi accepta sed universi pene orbis idiomata concurrere, quod nulli aliis sic contigit: sed quæque mode sit carni habent promptum intellectum ad omnes Italiæ locutiones.

De fertilitate metallorum

Sita est etiam juxta metallorum montes et conferatur cum totius Italiæ jugis, nullibi reperiuntur tot genera metallorum et tam copiose sicut in foro julii. At quandam Plinius attingit fertilitatem eorum Italiæ placuit mihi potius hæc memorasse quam invidiæ per eorundem adductas me ingerere.

De frequentia habitatorum

Quantum fuerit regio carnica habitata et populosa altera castella et oppida superius nominata, et sine montanis, extant vici circiter octingenti passim per ipsam regionem suis oppidis subiecti.

De Abertate Regulorum

Non est aliqua pars Italiæ quæ possit tot suis liberis jurisdictionibus exultare singulis enim castellis sui Reguli, qui Castellani appellantur, imperitant, qui enim jura Lantes et ultæ et necis in oppidanos suos habent potestatem.

De Insigni Aquilæ

Sed nomina plurimum inducuntur rebus non præter ejus rei significationem quam etiam in hoc ejus insigni potuit gaudere. Habet enim insigne Aquilæ evocæ aurei coloris. Quicunque enim Dominus vel principatus ei hoc concesserit non ab re Principem alite voluit honorare, et quo laudabiliorem faceret, non nigro colore prout ipsam Ales exhibit, sed aureo decoravit ut Aquilejam metropolim pro conservatione insigni nominabit. sunt etiam qui velint Aquilejam a colluvie aquarum illuc confluentium dictam, quod verum fuerit cum veritas ex diuturnitate temporis delitescat legentes pro eorum arbitrio verum judicium conjeckent.

De divisione gentis patriæ

Dividuntur gentes ipsæ patriæ in populos et oppida superius descripta, sed quo ad generale vocimen in tria membra in Prælatos in castellanos et Communitates

De Prælatis

Appellatione Prælatorum veniunt qui initiati ad sacra sub jure Pontificio subsunt et ad hoc membrum spectant Oppida et incolæ cum agris ipsis subiectis qui cæteris patriæ gentibus præferuntur ut est in agro Aquilejensi

Patriarcha Aquilejensis, collegium seu patriano vocabulo Capitolum Aquilejense; item capitulum Cividatense et utinense, Abbas mosacensis, Abbas Rocacensis, monasterium virginum claustralium Aquilejense, monasterium civitatense, Prepositus Sancti Stephani Aquilejensis et item Sancti Felicis etiam Aquilejensis, Prepositus Sancti Petri Carni, hoc est regionis montane in Carnis. in agro autem concordiensi sunt Preyul seu vulgativi vocabulo Episcopus Concordiensis, Abbas saxtensis et demum Abbas summaguensis.

De Castellanis

Castellani quos superius tanquam Reguli nominavi, sunt qui suis oppidis subjectis et agris mero et mixto imperio civili et criminali imperitant, et hi tanquam Patricii regionis ex nobili generatione nati in suis oppidis et bonis que feuda appellantur habent successionem, obtinentque secundum inter ipsas gentes locum: quorum nomina in enumeratione oppidorum tum agri Aquilejensis quam concordiensis sati discripta sunt.

De Communitatibus

Sub Communitatibus vocatur loca que facta congregatione civium non singularis in ipsis sed plurimi habent oppida et loca sibi subjecta cum mero et mixto imperio, sicut sunt in Aquilejensi agro, Aquileja, Cividatum, Utinum, Glemona, Venzonum, Tulmetium, Sanctus Daniel, Fagagna, Marianum, Montalenum, in agro vero Concordiensi, Concordia, Portusguarius, Sanctus Vitus, Sacetum, Caneva, Budanum. quibus est locus tertius, cum non semper nobiles, sed quivis in his locis admittantur ad munia oppidorum

id quod Venetum in his non singulariter, sed collegiate consistere potest.

De Magistratu Patriarcarum generali

Beneficia, que occurrunt regioni Carnorum, item etiam maleficia vel extimantur communia, vel singularia: si ad commodum vel incommodum commune pertinent, predicta tota membra convocantur in concilium, quod Patriarce nomine Parlamentum nuncupatur; et hoc conficiunt sex annuales Deputatos, tres scilicet in Aque Aquilejensi et totidem in Concordiensi per singula membra Cives, qui semper interesse oneribus Patrie assident magistratui inclite sedis Patriarcatus Venetorum que Locumtenens appellatur... in hoc igitur Parlamento convenientes dicuntur et decernunt que sunt vel ad promovendum beneficium vel incommodum declinandum. Singularia autem loca ne videantur aliene jure vivere unusquisque suas leges municipales obtinet.

De Beneficio ex Religione

Religio quoque accedit in partem maximam beneficiorum, et apud antiquos loca per religionem erant plurimum frequentata, sicut fuit Delphi ad oraculo Apollinis, non piguit in hoc muneris genere manifestare Carnicam regionem fuisse et ultra dilatatam quod licet videre in basilica Aquileje semper (ut certum fama est) et nostra etiam stemperitate statutis annis temporibus frequentatissima pro consequendis quas Christiani indulgentias vocant. ita ut ab urbe Roma Principe divini cultus non sit locus in Italia, ubi inducta fuerit Religionis tot seculis viguerint et vigeat in presentia fundata a Divo marco evangelista jussu Petri Principis Apostolorum.

De Pontificali dignitate

exornatur ipsa Religio Pontificali dignitate Patri-
archa nuncupato, ubi sic nominis indicat quantum ipsa
dignitas præferat quæ non est postponenda quibuscum-
que aliis mundi partibus, cum sit secunda a summo
Pontificatu, quem vulgo Papam appellamus; et licet
existant aliæ mundi partes simili pontificali nomine
prærogatæ, tamen non eodemque præcellunt quo Patri-
archa Aquilejensis quondam habet baculum pasto-
ralem quo Petrus Apostolus donavit marcum evange-
listam primum Pontificem Aquilejæ: et constat etiam
ex confirmatione Leonis Papæ I. ubi sic dicit: et
ut omnibus pateat Christianis quanta te charitate di-
ligimus ob amorem Beati marci Evangelistæ Pastoris
nostri gloriosissimi Petri Apostolorum Principis discipuli
qui tuæ præsedit Cathedræ renovamus tibi illud antiquum
per præsens privilegium sanctissimo Hermagoræ Beati
marci Evangelistæ successori a Sanctissimo Petro contra-
ditum verum peccatis nostris promerentibus a Pagano-
rum sævitia consecratum, volumus scilicet et Aposto-
lica auctoritate jubemus, ut inter omnes ecclesiarum Pa-
triarchas prima post Romanam sedem Aquilejensem cui
Auctore Deo, præsides, habeatur. Fredericus etiam
Imperator in sua Privilegio dato Tiburi in festo
Beati Nicolai Indictione nona, dicit se hanc sanctam
Aquilejensem ecclesiam privilegiato affectu diligere, tum
quondam præeminet universis ecclesiis quæ Romano subsunt
imperio tum propter fidelissimos ac dilectissimos Principes
sui Bertholdi Patriarchæ merita.

De amplitudine ditionis Patriarchalis

Amplitudo ditionis Patriarchalis extenditur non solum in Carniciam regionem sed in praetorium inferioris dignitatis et nobilitatis quam sunt Patriani ut in veronen sem vicentinos Patavinos Tarvisianos, Belunenses, Feltrinos, Tridentinos, Ceretenses concordienses, Tergestinos, Pectinenses, Parentinos, Emonenses et Polenses praeterea in archidiaconatus provinciarum Saunie, Charniole Istrie Carniole Cadubrii et Carnee, quae est regio Alpinorum Forijulii et quondam in Noricum ensas Celeianenses, Julienses Cuonenses, Scavadocenses item et in maximam partem ab Laureacitensi; mehitur exim confines suos ad Savum et Dravum flumina in Danubium defluentia, quibus omnibus constare potest Aquilejensem sedem etiam suo imperio temporali spoliatam Pontificalem saltem dignitatem non abiectam obtinere.

De libro Evangeliorum scripto manu Marci Evangelistae

Extabat etiam volumen Evangeliorum manu ipsius Evangelistae in Aquilejensi civitate descriptum et ibidem religiosissime servabatur; sed dies decedentibus Aquilejae rebus, inclytam imperium Venetorum illud ad se transferri fecit. quamquam sunt multi detractandes hanc prerogativam voluminis Evangeliorum asserentes non fuisse Aquilejae exaratum; quas diligentissimus Jacobus Sordinus, marianus Archidiaconus Aquilejensis reprobat et refellit; at adducti rationibus in quodam suo opusculo pertinaciter contendit marcum a Petro Principe Apostolorum Aquilejam missum verbo et doctrina

Christi ibidem predicasse et ea in scripta redegisse, que Petrus deinde vidit et tanquam veritati congruentia approbavit. Marcus ergo Evangelista inter initia Christiane religionis nostre facher esse et Evangelia ejus alia nostra sunt. Itaque in hac religione possumus et principalitate et dignitate et Evangeliorum premordio gloriari

De gloria et subiectione imperii

Sed quid prodest naturam nobis benigne porrexisse regionem, munimento vallasse, oppidis, vicis aut incolis vedimisse, flumentas, portubus et proventibus ex elementis ad oretam et voluptatem habitantium datasse et alia multa pro utilitate, honore et gloria hui prebuisse, nisi benignitate et clementia Principum ipsis frui liceret? Quapropter non minus videretur ad gloriam Patrianorum accedere subiectio imperii, quam multis ipsum Imperium et illam ad beneficium annumerasse non fuerit inconveniens memorare. Habet justissimum et clementissimum Imperium Venetorum cui servire est in regno esse. Inest enim regor justitie et clementie benignitas et affabilitas tante majestatis; deest illa desperata Tyrannorum insolentia quibus libido solum lex est; in excubiis Dominorum sunt leves somni ab omni animi perturbatione semoti, sunt aucupia, venationes et alie animi et corporis relaxationes. Premo torquetur injusta, sed nec in delinquentes sevit atrocitas juris cum Principum clementia delineatur. Sunt adhuc Carni sub eorum imperio, cujus tenuitas non sit dubitanda quasi fortune varietate subiecta. In ea enim

excelsitudine Principatus exciuit. Dominium vene-
torum, ut etiam fortuna ei posset invidere non-
ne proximis superioribus diebus Bellum Ferrariense
cum complicibus potentatibus orsit? nonne ex
ipsa incendio belli confederati necio quo pene-
tentia ducti ad eo defecerunt et veneti dumtaxat
tantum onus, quantum tota ferme Italia fove-
bat, sustulerunt? Sed transeamus ad externa et po-
tentissima Imperia. Nonne superioribus annis Imperium
Othomani maximi Turcarum Imperatoris, qui fuit
terror orbis, soli veneti etiam maligicantibus Italie
Potentatibus tot annos subtinuerunt, ac tandem com-
posita pace cum honore permanserunt? Hec qualiacun-
que et quantacunque sint, nulla antiquitas historie
verborum magnificentia memorie commendavit, sed
oculis, cautissimis et pene palpavimus; ita ut nul-
lum in his subsit vel mendacium vanitatis, vel su-
perfluo veritatis exhibit etiam in hac Dominio de-
siderandum sit quod regimen optimi et potentissi-
mi exigat Principatus. Habet sapientiam ad provi-
dendum, justitiam et clementiam ad regendum et
conservandum et divitias supra omnes totius orbis im-
peria ad sustendandum et defendendum, et si opus
fuerit promovendum. Et habet etiam quod Salustius
in catoniana oratione memoravit, domi industriam,
foris justum Imperium, animum in consulendo libe-
rum, neque libidini obnoxium, et
si hoc Imperium cum priscis vel presentibus con-
feramus, habet tantum, quod nulli contigit dicturum
totum, ut nulla fuerit hactenus regimen vel monarchia
que, tot secula in tanto successu rerum duravisset

et quę stantibus superioribus optimis conditionibus sit in futurum duratura. Est etiam adhuc aliud efficatius et potentius, quod hactenus eorum imperium conservavit, et auxit et in futurum promovebit et conservabit, sunt enim studiosissimi cultus religionis sicut multitudo templorum ornamenta eorum et frequentia excolentium maxime declarat. Propter quam pietatem non est dubitandum ut divitię ad interitum exagitetur, et ad altiora, quantum fieri potest evehatur. In ea ergo nihil fortuna varietas dominatur sed immobilitas divinę majestatis et providentię fatum suum perpetuum stabilivit. ita quod credendum est immo populos alienos a malignitate et Tirannidem suorum Principum declinantes ad hujus fidelitatem et benignitatem defecturos. Taceo de aliis, ut suggerit memoria, ea sola nobis referam, quod et quam per violentias extorsionibus ab injuriis dominantibus sine provocatione tot regulis hac regio (sicut a majoribus accepimus) premebatur? eorum erant huc etiam ad mercimonia ire, non virgines a stupris non filii et alii ab expilatione bonorum. Nunc autem imperante inclyto venetorum dominio, viatores habeant mercimonia libera pudicitię virginum, filię, et omnes denique sine metu sexus suis bonis fruantur et ab omni iniquorum impetu defensentur. Quod certe semper etiam in futurum sperandum est non enim sunt venti ab eorum primordiis degeneraturi, quippe qui non ex abjecta conditione, sed a summa nobilitate et divitiis eorum regimen moderantes ad hunc apicem imperii pervenerunt, ut soli sint ita quos alię orbis principatus mori concipiant oculos unum precipuum dominium venetorum

exhibimanteſ et admirantes. Quare abeat omnis invidia et cupiditas sub alieno imperio esse ipsa etiam ipsius imperii ita ut ad tria beneficia per Thaletem humano generi optanda commemorata, quartum Carnes sub imperio venetorum existere liberat arrogatis.

Recanetio Beneficiorum cum collatione

Cui igitur est illa mundi pars in Italia saltem no bis admodum exquisita ut positione regionis, mundimento situs, multitudine oppidorum et vicorum item flumi num fontium ac portuum copia accessione benignitatis alimen torum, beneficio linguæ commoditate mercimoniorum, cele britate peregrinorum, metallorum fertilitate, frequentia habitantium, libertate Regulorum ingenio hominum Re ctorum pietate et damnum subjectione imperii possit gau dere et exultare ut Pabia Forijulii. Glorietur Campa niæ terra fertilitate, Tibur etiam aeris salubritate, Ro ma olim et potentia et cunctarum gentium impe rio ac ingenio clarissimorum virorum, tamen hæc eadem loca multa desiderabunt quæ nostra suffitiunt regioni. ima ipsa Venetiarum urbs maris domina et fortunæ in vidia habebit in his multa desideranda: ex quibus nobis clare constat nullum esse in Italia locum, cui sic cumulate bona ista affluere possint ut huic Patriæ. Si quid ergo est exortationis locus ea non fraudabo Ca stellanos, cives et incolas, ut si quid est per factiones dam narum et per malignitatem noxium in tanta tam poten tis naturæ accumulatione benignitatis reiciamus et pacis beneficium quietis frumamur ac arma Paradisi cum gaudio sumamus. Valete.

BIBLIOTECA COMUNALE
VINCENZO JOPPI
UDINE

N.

Sig. F
Fondi
Francescdinis

Dalla Biblioteca Capitolare

dal volume che ha per titolo =

Colloquia et Generalia de Provincia
Forojulienci

Trascritto per mano del
Prof. Ab. Bianchi.